



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 109. Hæreticorum querelæ coram Orangio Principe expositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI
A.C. 1566.

natrix Oranium Principem, & Egmontium Comitem ad eos ablegat, qui Brederodum, ac conjuratorum præcipios in pagum Antverpiæ vicinum, quem Dufflam appellant, ad colloquium evocant, atque inter alia Gubernatricis nomine exhortantur, ut non per hujusmodi cœtus aliquid novi molirentur, sed interea hac super re Regis judicium expectarent, nec eidem justæ indignationis ansam præberent, sed potius in obsequio perseverarent, & concionibus quantum possent, prohibitis insolentiam sectariorum reprimerent, qui seditionem, ac rebellionem brevi in apertas flamas erupturam, palam jactitare non erubescerent.

§. CIX.

*Hæreticorum querelæ coram Oranio
Principe expositæ.*

Thu. I. 40.

Ad hæc delegati scripto ita respondent: „Nos gratias Celsitudini suæ „agimus, pro transmissis ad præfectos „mandatis: verum ea, prout oportuit, „non fuerunt servata, nam Tornaci, In- „sulæ, Montibus in Hannonia, Atiræ, „Atæ, & Bruxellis nulla eorum fere ha- „bebatur ratio, plurimis in carcerem ob „Religionem conjectis: nos ecquidem „concionibus, ac conventibus aliis im- „pediendis omnem diligentiam adhi- „bui-

„buimus, sed plebe in suspicionem ad- Sæcul. XVI.
„ducta, nihil impetrare potuimus, eo- A.C 1566.
„quod populus crederet, quod respon-
„sum a Celsitudine sua intra duos men-
„ses promissum nondum ex Hispania ad-
„venisset, & insuper univerorum Bel-
„gii ordinum conventus, de quo spem
„illa fecit, nulla amplius mentio habeat-
„tur: quod vero Gallos his se turbis im-
„miscere dicat Gubernatrix, id nescimus,
„& parati sumus, si ita sit, statim con-
„scensis equis externæ violentiæ nos
„opponere: verum hoc rerum statu
„Regis subditos impetere minime con-
„sultum videtur: quando autem caussæ
„calumniandi quæruntur, quasi nos au-
„ctores populo fuerimus ad conciones
„conveniendi, non recusamus, nos
„abi ea calumnia purgare, crimen-
„que rebellionis diluere; quamquam
„enim plerique ex nostris Protestan-
„tium doctrinam amplectantur, nequa-
„quam tamen hac Religione impedi-
„mur, quo minus fidem, & obsequium
„Regi debitum servemus, interim nec
„Regis clementiæ diffidimus: de cete-
„ro cum nullius criminis nos conscienc-
„tia arguat, existimamus, nihil opus
„esse illa, cuius Gubernatrix spem o-
„stentat, præteriorum oblivione, nam
„nihil admisimus, quod venia, aut con-
„donatione egeat. „ His addebant a-

N n 4

lias



Sæcul. XVI. lias querelas, præcipue vero hæc pro-
A.C. 1566. ponebant; „nos jam tanquam perduel-
„lionis rei, ac convicti omnium sermo-
„nibus passim proscindimur, nostraque
„confortia aurei velleris equites, ac
„proceres alii vitant: insuper spargitur
„fama, Regem propediem in Flandriam
„venturum, qui severas de nobis pœ-
„nas sumeret: præterea narratur, quod
„idem Rex transitum per Gallias pe-
„tierit, & Sabaudiæ Dux operam in
„id suam ei detulerit: ad hæc Clerico-
„rum ordo in belli sumptus grandem
„jam pecuniam suppeditavit, eapropter
„dissimulare nequimus, quod nostræ
„securitati minime caveatur, ideo pri-
„vatæ tutelæ caufsa in Germania ami-
„cos comparavimus, quorum auxilio,
„si opus fit, utemur: nos autem per-
„negamus, quod cum Gallis quidquam
„consilii inierimus, proinde petimus,
„ut ipsa Gubernatrix nostræ securita-
„ti idonee caveat: porro cautionis lo-
„co acceptare volumus, si illa Arau-
„sionensem Principem, Egmontium, &
„Hornanum Comites dignatione, &
„fide præcipuos viros consiliis adhi-
„beat, ita, ut nihil nisi his vocatis in
„eo negotio decernatur. „

Hoc scriptum Brederodus ad novem
capita reduxit, ipsusque ad suos socios,
qui eum Trudonopli præstolabantur, de-
tulit.

§. CX.